magis quam Catholico more, sic Ecclesias administrent, ut Principes magis q3 Episcopi, ac Archiepiscopi esse videantur. Horum malorum causam ego non minimam esse puto, quod Germanica Nobilitas, ex qua olim Canonici Cathedrales, et postea Episcopi instituuntur, parentes mali Catholicos, ac depravatam fere educationem: post vero nimia libertate in suis Ecclesijs nobiles huiusmodi vitiorum gaudent, ut non Ecclesiasticis, sed militaribus planè dominis, et præ cæteris secularibus licentiæ prorsus dediti videantur. Pendet interim ab his Cathedralib. Ecclesijs vel maxima pars Eccl. Status, immo et conservandæ Religionis in Germania. Ut autem nunc sunt tempora, posthac non erit dos unquam Canonicos ejusdem suis privilegijs, et exemptionibus, in quas nonnos etiam Episcopos iurare cogunt. Hoc facile recipient Concilij etiam Tridentini auctoritatem, quatenus antiquis ipsorum Statutis, et privilegijs, ~~et exemptionibus in quas nonnos etiam Episcopos iurare cogunt~~ præiudicatur. Hæc tamen negari posset morbos Clericorum in Ecclesijs Cathedralibus, fœdissimos, et publicos esse, qui Germanorum oculos, et animos passim offendant, & tumq. ordinem Ecclesiasticum in maius odium, et probrum adducant. Verum de his morbis, ego plus satis fortasse, nimirum ut illis curandis incumbant Medicj, qui amant Germaniam, et in ea cupiunt Catholicorum quæ ad huc extant, Religiones conservare.

Dixi de Ecclesijs Germanicis, nunc addam pauca de suis etiam Nationis Monasterijs. Cum olim Moguntiæ, non simul audivi ex ore Dmi. Archiepiscopi fieri vix posse, ut Monasterium Status in hac quidem Ecclesia ultra decennium duraret: tam pauces in illis Religiosos superesse, et eosdem irreligiosè vivere, ut se illis Novitius nullus velit adiungere. Hæc dici satis potest, quam pauca, misera, et impura nunc apud Germanos supersint Monasteria omnium fere ordinum, qui præsunt illic, Sessitia, et tabernas

tabernas publicas fovere magis quam Monasterijs præesse, et prodesse videntur. Hinc tot Apostatæ nobis implent Germaniam, hinc plerig. sine Regulari habitu vagantur, et dedecorant Ecclesias parrochiales, quæ hinc illis parbus vix ullis habitare putantur. Videmus interim ingenti Ecclesiæ malo quotidie fieri, ut quæ bona piorum cœtibus instituendis, et alendis destinata sunt, ea turpiter etiam à Regularibus prodigantur, et in prophanos usus abeant, immo etiam impijs ad affligendam rem Catholicam vires, et arma ministrent. Cogitabam igitur hanc posse dari curam à Pontifice Max° Generalibus ordinum, sicuti vocamus, ut inde certum tempus illi visitarent, ac reformarent, quæ sunt sui Ordinis Monasteria, cum plena quidem potestate vitiandi eos, qui obedientiam suis Superioribus debitam negarent, nullamq. spem emendationis vitæ reliquam facerent, et magnum interim scandalum tam Catholicis, q3 Hæreticis adferunt. Sæpe cogitabam etiam non esse permittendum, ut duo tantum vel tres fratres amplis Monasterijs prorsus otiarentur, et horas bonas in luxu plerunq. perderent. Sed paucos illos qui neq. regulam, neq. ceremonias ordinis sui nunc servare volunt et possunt, in ample aliquo eiusdem Ordinis Monasterio, quod bene constitutum esset, cum multis alijs fratribus coniungendos esse, ut ibi saltem, quæ sunt huius Religionis essentialia, ut vocant, pro hac professionis instituto præstarent.

Caterum, quod ad Vestros. mihi semper Epos nostros attinet, et si de his iudicare meum non est, hoc mihi testari licuit, quod iustum pijs dolorum affert, eos lupis undiq. gratantibus, dormire magis, quam gregi suo pascendo, advigilare. Ac parum abest fortasse, sacrarum, et Ecclesiasticarum rerum primi maiores, et minores Germaniæ Prælatos pergraves, et communem ignorantiam reperiri. Verum illud Ecclesiarum nostrarum pernitiem alit, et auget vehementer, quod vix unus, et alter Theologus vel Canonista